



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

336. Quos, seu quorum beneficia comprehendat hæc regula.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

14. Decimo tertio: è contra non comprehenduntur hęc regulā pensiones Ecclesiasticę, itā ut valida sit translatio pensionis, etsi transferens moriatur intra 20. dies. Azor. *loc. cit.* Paris. *nu. 53.* citantes Gomez. *hic q. 16.* & Mandos. *q. 11.* pensio enim nec est propriè beneficium, itā ut in qualibet materia, etiam stricta, veniat nomine illius; Azor. *loc. cit.* Paris. *n. 55.* Mandos. *ubi ante.* nec vacat, sed extinguitur. Azor. *loc. cit.* nec resignatur, sed transfertur; regula autem loquitur de resignatione. Paris. *n. 55.* Azor. *loc. cit.* Adde, quod regulariter in gratis translationis pensionis solet concedi, ut possit transferri, etiam in articulo mortis, adeoque opus non est, super vivere transferentem 20. dies. Paris. *n. 56.* quinimò posse pensionem in articulo mortis transferri, etiam si data non sit isticmodi facultas, tradit Paris. *nu. 57.* dicens sic resolutum à Rota in *Gadicensi pensionis. 23. Martii Anno 1541.* teste Puteo.

15. Decimo quarto: Neque etiam comprehenduntur hac regulā officia Curie Romanę secularia; quia in his cessat ratio regulę, dum beneficia non sunt, sed vendi etiam possunt ac solent, ac ideo in iis prohibita non est successio quasi hereditaria. Azor. *loc. cit.* Paris. *nu. 62.* citans Sarnens. ac dicens communem. Talia officia esse non solum Scriptorum Apostolicorum, Camerariorum & similium, sed etiam Vice-Cancellarii & majoris Penitentiarii, ex Sarnensi dicit Paris. *cit. n. 62. in fine.* Secus est de officiis spiritualibus; cum hæc sint beneficia, & in iis militet mens & ratio regulę.

*Quæstio 336. Quos, seu quorum beneficia comprehendat hæc regula?*

**R**espondeo primò in genere; comprehenduntur absolute omnes resignantes; cum regula loquatur simpliciter de omni resignante, dicendo: *siquis &c. l. 12. q. 4. n. 1. cum communi.*

2. Respondeo secundò in specie: Primò locum eam habere in Papa, ex Sarnensi *hic q. 1.* Rebuff. *in praxi. ad hanc regulam. gl. 1. n. 3.* dicit Paris. *loc. cit. nu. 3.* quatenus prohibitum ei, in mortis articulo constituere sibi, seu eligere successorum. Verum bene dicit Paris. super sedere se de hoc scribere, cum, ut Mandos. *hic ad initium,* recesserit ab orbe & urbe, & hodieum non eveniat.

3. Secundò: Cardinales infirmi resignantes suas dignitates & beneficia, comprehenduntur hac regulā Castrop. *de benef. d. 6. p. 2. §. 3. num. 5.* Pirh. *ad cit. de renunc. c. 31.* Azor. *p. 2. l. 7. c. 28. q. 2.* Chok. *ad hanc reg. n. 10.* cum Parisio *loc. cit. n. 7.* citante Sarnensem *hic q. 3.* contra Mandos. *hic q. 2. n. 8.* & sequitur nixum maxime auctoritate Barbatii *conf. 23. n. 18. vol. 1. & tract. de prestant. Cardinal. in fine C.* Parisii, Gigas, & aliorum plurium apud Paris. *nu. 4.* censentium, Cardinales non teneri regulis Cancellarię, utpote odiosis & exorbitantibus, cum etsi speciali notā digni sint propter eminentiam suę dignitatis, tamen in iis non exprimentur; digna autem speciali nota, nisi specialiter exprimentur, omissa contentur, juxta *c. quam periculosum, de sent. excom. in 6.* cuius tamen contrarium astruit Paris. *n. 12.* citatis Felino *in c. ad aures, de rescrip. ante n. 12.* Balcazin. *tr. de subsid. charit. q. 66.* Selv. *de benef. p. 3. q. 12. n. 6.* Sarnens. *in proem. reg. q. 4.* Pavin. *de potest. cap. sede vac. in fine. p. 2. &c.* Idque eò magis, dum hæc regula concernat bonum publi-

cum & salutem animarum, ut Paris. *nu. 13.* ex Pavin. *loc. cit.* Et sic quoque Cardinales comprehenduntur sub regula de publicandis, astruit Paris. *loc. cit. n. 9.* Item sub *c. de multa. de prob. ut Paris. n. 10. in c. Ecclesia il. 2. de elect. not. 2.* Item sub revocatione regressuum, ut Paris. *n. 11.* Quin & in Cardinalibus locum habet ratio regulę; dum, ubi agitur de fraude evitanda, comprehendantur & Cardinales, utpote quos, quò majore dignitate sunt praediti, plus à fraudibus oportet esse alienos. Paris. *n. 8. & 9.*

4. Tertio: Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, aliique Prælati. Pirh. Azor. Castrop. *ll. cit.* Paris. *n. 14.* dicens communem, & nullam habere difficultatem, ut docet praxis; si enim comprehendantur Cardinales, multò magis Prælati iis inferiores.

5. Quarto exempti, Azor. *loc. cit.* Chok. *n. 12.* Paris. *n. 16.* citans Sarnens. *hic q. 25.* ac dicens, hanc opinionem communem servari in praxi. Si enim comprehenduntur Cardinales alijs exemptissimis, multò magis ceteri exempti, etsi de cetero in privilegio generali non comprehendantur. Nec dubium, Papam, utpote proximum Superiorem exemptorum, potuisse illis per hanc regulam prajudicare. Paris. *n. 19. juncto n. 8.*

6. Quintò: Familiares Cardinalium & Papę, quin & (ut expressè Paris. *n. 22.* dicens, esse notissimum de stylo) officiales Curie Romanę, quantumcunque de cetero privilegiati. Azor. *loc. cit.* Chok. *n. 11.* Paris. *n. 20.* ex Sarnens. *hic q. 4.* valet hæc iterum argumentum: Si cardinales, multò magis, eorum familiares comprehenduntur. Paris. *n. 27.*

7. Sextò: Fœminę in dignitate Ecclesiastica constitutę, puta Abbatisa, Priorissa. Paris. *loc. cit. n. 24.* citans Sarnens. *hic q. 6.* Rebuff. *ubi supra. gl. 1. Pirh. cit. n. 31.* Chok. *n. 12. & 13.* contra Mandos. *hic q. 30.* apud Paris. *nu. 31.* dum enim regula disponit in bonum publicum, nempe ut fraudes & successio illa evitentur, quę æque contingere possunt in tali feminarum quàm virorum resignatione, debent æque comprehendi & fœminę, Paris. *loc. cit. nu. 24.* quemadmodum in simili textus *Extravag. Execrabilis.* loquens de masculis habentibus duo incompatibilia, habet etiam locum in fœminis; quia disponit pro salute animarum, in quibus nulla est differentia sexus, ut Pavin. *ad dictam Extravag. §. 1.* apud Paris. *nu. 25.* Adde quòd verbum *si quis* de juris natura & masculinum & fœmininum comprehendit, juxta *l. si quis id quod. ff. de jurisdic. omn. judic. & Alex. & Jason. ibi.* Et dum sumus in materia indifferente (qualis est hæc, dum talis fraudulenta resignatio æque in fœminā quàm masculo contingere possit) masculinum concipit fœmininum juxta Bart. *in l. 1. ff. de verb. signif. Decium. conf. 495. n. 15. C. Paris. conf. 49. n. 12. vol. 3. &c.* apud Paris. *nu. 28.* Unde si Abbatisa infirma resignaverit, & dein infra 20. dies deceaserit, moniales poterunt progredi ad electionem, dum Abbatisatus ille est electivus. Chok. *nu. 13.* Toud. *quest. benef. p. 3. c. 169. n. 28.* non secus ac monachi Abbate mortuo post resignationem infra 20. dies; si quidem, ut Paris. *nu. 30.* ex Abbate *in c. 2. de his qua sunt à prel. Abbatisa* in administratione æquiparatur Abbati.